




K 1858

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.



DE  
**MORALITATE MOTVVM  
 HEROICORVM**  
**QVAEDAM PRAEFATVS**  
 AD  
**ACTVM ORATORIVM**  
 IN  
**GYMNASIO HALLENSI  
 EVANGELICO - LVTHERANO**  
 A. D. VI. JANVAR. C<sup>CCCLXII</sup>. AB HORA POMER. II.  
 HABENDVM  
 DECENTER INVITAT  
**M. IOANNES PETRVS MILLER**  
 GYMNASII RECTOR.



HALLAE MAGDEB.  
 FORMIS LITTERARVM GEBÄVERIANIS.

DE

MORALITATE MOTUVM

HEROICORVM

GLORIOSA PRAECEPS

AD

ACERBVM ORATORIUM

GRATIANO, OIBAM, INNATI

SCHEIDEN, TUTTERBERG

ET ALIOV. ET HOC V. ET HOC V. ET HOC V.

ET HOC V. ET HOC V.

MOTUVM PETRAS MELLER

ACERBVM ORATORIUM



HALLIZA MAGISTER

LOGIMIS LITTERARVM GERMANIAV



estilens sane malum<sup>1</sup>, quod vero maximo rei christiana  
damno nimis cito in scholas, quae quidem castae et since  
rae pietatis debuissent esse, irreperat, non unam omnibus  
disciplinae suae alumnis sanctitatis rationem et normam  
praescripsisse sanctissimum Servatorem, sed aliam his, qui  
quum de plebe quasi Christianorum sint, ad virtutis omni  
bus absolutae numeris laudem et gradum adspirare non auderent; aliam vicissim illis,  
qui ad sublime illud divinæ sanctitatis decus *et* fastigium generoſiore quadam  
mentis impetu eniterentur. Et illas quidem regulas, quibus communis omnium  
Christianorum vita dirigeretur aequabilique ratione temperaretur, *præcepta* voca  
bant recens repertae huius disciplinae auctores; quae vero elatis mentibus et ad  
summa tendentibus quasi intra sindonem divinitus commendata essent sanctimo  
nia confessandæ instituta, *confilia* novis in his scholis audiebant. Illas leges,  
aequa scilicet, naturaeque ut imbecillæ, ita communi accommodatas et faciles  
observatu nemo omnino qui Christo nomen dedit, impune neglexerit; idem vero,  
quantacunque etiam religione eas servaverit, caveat, quidquam praemii quasi be  
ne merito sibi et re præclare gesta tribuendi, expsectet. Quo enim suo iure re  
petere is mercedulam potest, qui quae debebat, praefluit? Longe vero alia ea  
demque lautor iis promittebatur conditio, qui nulla lege cogente, sed solo emi  
nentioris indolis impulsu arduam illam innumerisque obseptam difficultatibus con  
filiorum viam ingrediendam sibi duxissent. Jam, quae ex novo hoc commento,  
quo haud illum aliud magis a JESU CHRISTI, de humano genere emendando  
conflitii abhorret, in omnem rem christianam incommoda et mala redundar  
int, nemo unus, vel mediocriter sacra in historia versatus, facile ignorarit.  
Hinc certe tardis et mollibus licentia videbatur esse ab ipso DEO data libere ge  
nicio suo indulgendi, fati tutis scilicet de salute, quodsi communia levia que obfer  
vatu præcepta attingerent; hinc vero etiam tristibus natura et nescio cuius, hu  
mana maioris, sanctitatis nomen et gloriam crepantibus cum sanctula illa ignavia

( 2 )

in



incessibus sacris, tum in corpus proprium modum omnem excedente saevitia proxime feso ad Deum purissimisque caelitum mentes evehi, ut sumus homines, facillime persuadebatur. Ex hoc enim tempore plenus erat orbis christianus, in Africa praesertim, *Ascetarum* ex Platonica verius, quam christiana lege misere extabescientium dicam? an viventium. Tantum scilicet de officiorum inaequabili vi vana illa et ementa sententia malorum christianis poterat suadere!

Alia vero est, quae, ne detrimenti quid rei morali afferat, providendum est bonis et cordatis omnibus, opinio: non aeque quidem perulgata illa, at tamen ideo non omnino negligenda. Scilicet sunt, qui homines extraordinarios seu illos, qui res solito maiores universitatique civium profuturas non moliuntur modo, verum etiam mira divinaque felicitate perficiunt, negent ita esse communibus iusti recte legibus adstricatos, ut non multa agere queant, quae ab aliis, ad communia tantum officia et negotia factis, iniuste nec sine reprehensione fierent. Et, nisi egregie fallor, ita prorsus MARO noster sensit. Qui, postquam Brutus in natos crudelitatem, (eius, cuius ut LIVIUS ait, emineret patrius animus inter publicae poenae ministerium) Anchisen Aeneac, filio canentem fecisset, (Aen. VI. 820)

*Natosque pater nova bella moventes,*

*Ad poenam pulcra pro libertate vocabit,*

*Inflexi !*

Ne qua parum honorifice mitior aetas de Romano ingenio existimaret, haec addenda putavit:

*Utique ferent ea facta minores:*

*Vincet amor patriae laudumque immensa cupidio.*

Scilicet, quannam haec excusatio vim habeat, iis non obseurum intellectu est, quibus illud opportune occurrit: (Aen. IX. 184)

*Diuite bunc ardorem mentibus addunt?*

quiique norunt, ita fere persuasum fuisse veteribus illis, quibus divinior illa caelitis veritatis lux non affulserat, magnos viros et ad insolita, difficilliamaque ac plena periculorum facta suscipienda genitos divino numine impelli, immo furore quodam agitari, quo acti incensique, non possint non communes naturae limites transcedere et ea efficeri, quae et viribus humanis maiora essent et hand raro a legibus iurisque praeceptis recederent. Sic Orestes apud Sophoclem caedem paternam in Aegyphio ultus:

*Θεοὶ γέ μὲν ὄπεραν μολῶσι.*

*Dii me impulerunt, ut venirem (ultum)*

Et in Antigone: Θεὸς ἔχει τὸν πόνον, Deus impellit ad exitia. Quid multa? Ita censemus omnino, fortem communem mortalium superantes illos viros, quos *Heroes* appellabant, deorum ipsorum filios esse, et ipse PRIAMUS de Heffore, filio suo, nihil dubitabat ad superstites natos, virtute illo occiso longe inferiores et

*νυνὶ τέκνα, θεύσας τὸν δρόμονδες, ita praedicare:*

*Ἄς θεος ἔχει μὲν ἀνθρώποιν, καὶ δὲ ἔργαν*

*'Ανδρὸς γε Στηρός πάσις οὐνεσσι, ἀλλὰ θεοῖς,*

*Qui deus erat inter viros, νεque videbatur*

*Virī mortalis filius esse, sed dei.*

*Il. w. 258.*

Mitto alia, versanti vetera monumenta facile obvia loca; mitto in primis epicos poetas, quos, quidquid a suis, quorum facinora canunt, intrepido animo gestum est,



5

est, deo alicui tribuere divinoque consilio confusuisse, vel vix Homericae lectio-  
ni iniciatis ignotum est. Illud vero tanto minus praeterendum, non in fabulis  
modo, sed in re vera et seria graecarum romanarumque rerum scriptores urbium  
eversiones, agrorum vaftationes ingentesque in humano genere editas strages ab  
Imperatoribus suscepitas numini impulsiique divino magnificentius tribuere. Sex-  
centa leguntur in Lивio loca, nec ignotus *Titi*, flagrantibus Hierofolymis sermo.  
Quod, quo sensu vere et pie etiam dici queat, non obscurum est. Legimus  
enim etiam in sacris rerum gestarum commentariis bella divino numine immissa.  
Idem vero existimo, ita haec intelligi debere, ut aliquo modo iusta sint mala  
haec universis populis funesta, illata, si minus a regibus, quoram plerumque  
suis quisque privatis consiliis, interdum publicis, raro ex media iustitiae laude  
petitis paruit, at tamen ab eo, qui humano horum uti voluit ministerio, univer-  
sitatis huius moderatore et rectore, D E O. Sed non tam de bellis, quorum  
tractatio latius patet, quam ut scriptoris huius aliquot pagellas capiat, verum  
universim de extraordinariis heroum actionibus paucis videndum puto, de iis vi-  
delicet actionibus, quae ut in se magnae, arduae periculosaque sunt, ita haud  
raro discrepare a iuris communii regula videntur, quaerendumque adeo existimo,  
num *aetio herois*, *quae in ceteris hominibus iniusta habetur et mala, ab homine, ce-  
tera divino impulsu agitato, quod si illa perficiatur, pia, recta instaque suo iure sit  
censenda?* Num alii hanc implicatam questionem attigerint, nescio, nec difficulti  
operi iam quidem intento vacat mihi longius vagari. At hanc ipsam tamen ob  
operam, quam mihi imponi possum sum, hominum de pietate insignium vitas per-  
currere me oportet, quibus scilicet is, qui de sanctitate christiana accurate co-  
piose exponere velit, carere commode nequit. In hoc itinere necesse fuit in  
hunc locum, quem tracto, me plus una vice incidisse. Nimirum norunt omnes,  
in eorum vita, quos romanensis ecclesia aulae caelestis proceres absolutaeque san-  
ctitatis simulacra pronuntiant, multa occurrere, aequa a fano sensu atque a regia  
vitae ex praeceptis evangelicis instituendae via abhorrentia. Iam quodsi eiusmodi  
quid, quod offendere cordatos sanctissimae legis religiosi tenaces lectores pos-  
sit, occurrat, tum vero encomiaſtent scrupulum hunc hoc fere aliove modo  
mentibus turbatis exemptum ire, videbis: „adverte lector, insolitus SANCTI fa-  
ccinus, et eiusmodi, quod potius ex suo ingenio, quam ex divinis praeceptis  
meriendum videatur. Sed cave, de caro D E O homine perperam existimes.  
„Admiranda haec sunt, non imitanda. Ut enim in his summa et extraordinaria  
sunt omnia: ita etiam hoc insuffit, non est, quisquis es, quod mireris.,  
Haec excusatio ita frequens est Sanctorum, quos vocant, praeconibus, ut nihil  
opus sit afferendis in rem praeſentem testimonis. Unum tamen celeberrimi viri  
de nostris testari placet: *Non omnia facta ait, quae Deus operatur per magnos et ex-  
cellentes viros examinanda accuratissime ad ceteras vitae humanae regulas; etiam iux-  
ta illud: Privilegia paucorum, non faciunt legem communem.* *Multa*, pergit,  
*heros spiritu libiore et impetu agunt vehementiore, qui communem actionum me-  
tam, donorum vulgarem mensuram excedit.* *Eaque uti singularia sunt et rara: ita*  
*universalibus regulis comprehendi nequeunt.* Testatur id historia Moys, Aegyptiorum occi-  
dantis ut et Samsonis, hostes Dei, Philistaeos modis vere singularibus impugnantis. Haec  
vir doctilimus. Iam, lector, quam vere et recte dicta sint, modeſte expendemus.  
Agitur hinc hominum sanctorum existimatio; illicin divinae sanctitatis cauſa.

Piacet vero, ut quæſio haec recte definatur, actiones, de quibus agitur, dis-  
pescere in *privatas et publicas*. Posterioris generis illae mihi videntur tantummo-



do esse, quae ad munus illud, cuius causa divinitus excitantur, pertinent: sic, ut hoc utar, publicae actiones erant Mosis eae omnes, quae ad afferendum D E I auctoritate populum Israeliticum in plenam sacramque libertatem pertinebant; publicae item Simsonis adversus Philistaeos molitiones, fortassis pleraque; publicae tandem, quas carus D E O bonis omnibus vir Lutherus purgandae caelstis veritatis causa summo animo divinoque prorsus consilio gesserat. De his, quoniam gravior est disputatio futura, postea. *Privatas intelligo eas esse, quae ad divinos hos fines, quorum perficiendorum causa hi et incitati modo plane singulari sunt et divinis prorsus praefidis muniti, proxime non pertinent; ut adeo Pufendorfii imitanda sit illa in actionem *hominis* et *actionem humanam* distinctio, binaque haec inter se caute discernenda, cum actio *herois*, tum actio *heroica*. Iam ita omnino mihi videtur: hominem, qui ceteris divinior sit, in hoc maxime divinitatem quamdam prae se ferre debere, ut quam curatissime exactissimeque divinam legem tota vita exprimatur, falsissimumque adeo et univeritas rei morali periculosissimum esse iudico illud supra allatum viri celeberrimi iudicium, *privilegium* quoddam indulxum esse heroibus virisque extraordinariis. Absit! Ad quaecunque Deus impellit, ea vero haud dubie infissima sunt etiam nobis non plene perspicientibus: iusta sane in se. Quos vero ad ea impellit, signo certe quodam, sive interno, sive eterno certos facere debet de vocatione caelesti impulsuque ad ista audienda. Hanc, quo argumentis meam firmem sententiam, nihil opus est. Quis enim audeat vel musilitare tantum hoc: a communi sanctitatis iustitiaeque lege D E V S ipse quosdam, quos suo afflavit spiritu et ad magna excitavit fuscipienda, exemit? Quas pestes universae rei christianae haec una, si valeret, opinio esset illatura! Sed negant omnes, quibus lex naturalis aque aeterna et necessaria, atque ipsa natura sanctitasque divina cententur. Negant, qui verentur, ipsam sacrofanciam Regum vitam, si haec de impulsu divino valaret opinio, tutam nuncquam esse futuram. Ex Tartaro isti ardores Clementum! habeantque sibi istam formulam, in sanctitatem summi numinis Servatorisque maxime sacrofanciam disciplinam iniuriam, qui corruptorum praeceptorum et viatistarum religionum toties iam sunt a nostris gravissime verissimeque insinuati: excusent, purgent, ornent quantumcunque velint suos Dominicos, Franciscos, Loiolas et ipsos Hildebrandos. Nobis certum est, nullam in exemplo ponit posse vitam, nisi quae ex omni parte cum immutabili naturae lege, cum sanctissima I E S U C H R I S T I disciplina et vita et cum legatorum ipsius virtutibus conveniat: et tamen haud dubie Sancti hi sunt, quos imitari debeamus. Iam vero, inquit, quid pronuntiandum putabis de Mosis caede, quam ille testatur? quid de Simpone? Igitur qua ratione, quod instat, expediām lector, paucis, adverte, docebo. Jam, quin Israclitarum ille dux et legislator Moses Aegyptum sua manu occiderit, nemo nostrum negat. Iurene fecerit? quererit. *Factum est diebus illis, quam crevisset Mōsē, ut exiret ad fratres suos et adspiceret onera ipsorum et videret quendam Aegyptum percutientem virum Hebraeum e fratribus suis; quapropter ut respiciens hic illicet, vidi neminem adesse, cecidit Aegyptum illum et abscondit in arena* Exod. II, 11. 12. Quid alii sentiant de hoc, nihil iam moror. Executus id fecisse contendunt. Quareris rationes? divino impulsu egisse, aiunt, externe tamen vocatum a Deo, affirmare non audent. At vero ut fatear, quid sentiam, periculosum hoc et lubricum videtur internos eosdemque vehementiores animorum motus D E O tribuere, nisi aut externa acceperit voluntatis vocationisque divinae plana significatio, aut interna qualis ea cunque sit. Illam vero*

Moses



Moses postea tantum accepit, deque interna, silente SS., dubito. Quidni, quod clare narratur, gentilium suorum studio, quo flagrabat vehementissimo, et item summae iniquitatis, qua fortior miserum et nudum a praefidio opprimebat, odio tribuemus? Cur fugeret, qui divino iussu vindex malignitatis fuisset? cur praepotenti praefidio munitus circumspectaret prius omnia, antequam caedem iussam exsequeretur? Idem vero affirmo, supremum numen providentissime caedem hanc admisisse, signumque quasi fustulisse afflictæ genti ad bene de hoc suorum vindice sperandum. Stephanus certe illum putasse quidem, ait, intellecturos Israëlitas, D E U M suu manu liberatorem mox iis adfore. At nil obstat, quominus fortissimus et patriæ amantisissimus quisque ita sentiat. Saltim sanctissimus martyr nihil de divino ad magnum facinus audendum impulsu, sed humano tantum more de Mosis consilio loquitur εἰλέγη ἐστι τὸν κυρούς ἀντεῖ. Act. VII. 23. 24. Ut autem in omnia alia abeam, suadet temporum nostrorum ratio. Quidquid enim sancti isti viri humano fervore et consilio egerunt, id in ipsam sanctissimam religionem detorquent malevoli isti et iniquissimi homines, quibus arcem christianæ pietatis clandestinis aperitives molitionibus adoriri pulcrum et magnum videtur. De Simfone paulo secus videtur pronuntiandum. Pestis est vivus moriensque erat Philistaeorum, id est, eius gentis, quam D E U S, utpote publice hostem Israëlitarum declaratam, una cum sex aliis internectioni devoverat. Iure ne id D E U S, caeli terrarumque dominus praepotens fecerit, impudentissimus si qui dubitet. Inexplicabilis enim sepe horrendisque dictu criminibus dudum obstrinxerant iustissimamque D E I vindictam ex lenta illa indulgentia in capite sua provocaverant foedissimi Cananæae incolae. In his ergo quodsi lapsis de caelo ignibus, quemadmodum in Sodomitas, severissimo exemplo animadvertisset, quodsi grandinibus aut aliis mortalis generis pestibus praepotens Deus fuisset usus, heus tu, audacule, num in ius vocares iustissimum humani generis cunctaque universitatis iudicem? Quod vero Israëlitarum armis in fibris his abominandarum stirpium elidendis usus fuerit, fecit pro summo suo arbitrio. Quod item Gideone, Iephthah, Simfone, singulorumque heroum virtute et gladio, id ad palam omnibus faciendam praepotentem vim pertinuit. At vero etiam in horum heroum facinoribus caute videndum est, quae privatum, quaeque publice, id est, quae suo quisque elatus actusque animi impetu, quaeve divino monitu excitatus impulsusque ad publicam salutem tuendam suscepit egeritque. Tantum ait, cautione? Immo vero: agitur sanctitatis iustitiae divinae causa, agitur salus generis humani, quae nulla est, si pri licet nonnullis cetera magnis sublimibusque viris, migrare leges naturales; agitur denique honor sanctissimae religionis. Sed facile te meum faciam, quodsi ad singula, quae de his heroibus narrantur, devenerimus. Quaeso enim te, num tu D E O, quem colis, sanctissimo tribuis, quod Iephthal imprudentius filiam devoverit? Num omnia, quae de Simfone? Multa sane libidine, impulsus egit sibi gentilie suae perniciofa. Nimurum privata haec erant. Immo fuit de nostris magni nominis viri, qui nec Ehudi caedem simulata, quam donis oblatis perfuaserat Hegloni, Moabitarum regi, familiaritate commissam in-hoc audeant a labe perfidias purgare, quamquam ceteroquin servator a Deo excitatus hic fuerit Ehud Iud. III. 15. 24. Scilicet magis interest humani generis atque adeo rerum publicarum Christi lege securarum, reiici haec non expresse sacris oraculis munita facta, quam hominum ob cetera facta commendatorum famam mordicus defendi.

At



At obstrepentes huic disputatione nonnullos audio, maxima ex his ausis redundante in populum iudaicum commoda. Recte. An tu me ignorare putas, esse hoc D E O, qui res humanas sapientissime gubernat, singulare et vere proprium, ex malis bona humanoque generi salutaria elicere? De his, quae publice, quaque expresso Dei mandato pro suo, quo ornati erant divinitus munere, egerrunt, plane nulla est quaestio. De his enim universim illud valet: mala minora iustissime admitti, (physica scilicet, neutiquam vero moralia,) ut maiora evitentur. Ex hac lege iusta sunt bella, divino mandato a Mose, Iosua reliquisque Israelite rum ducibus fortissime adhibitisque nonnumquam strategematis, gesta. De ceteris vero, quae heroicis motibus tribuantur, quibusque usus est D E U S confessorum suorum exequendorum causa, v. c. a Xerxe, ab Alexandro, a Romanis et ab omnibus iis, qui evertendis urbibus delendisque populis nominis immortalitatem sunt consequunti, ita censeo, istum ad magna, periculorumque plena ardorem incredibilem istosque impetus facile posse ex indole animorum, prudentia humana temporumque rationibus explicari, D E O vero, totius sceneae moderatori partes suas esse adscribendas, cavendumque modo, ne umquam quidquid ab hominibus iniuste, quamvis ad promovenda divina consilia utilissime, gesum est, id vero sanctissimo eius Numini impulsuque tribuamus. Sic, ut hoc utar, totum Lutheri consilium, periclitantem sanctissimam religionem ab iniuriis vindicandi atrocissimis, divinum erat. Multa etiam ab optimis Principibus pie et divine profusus gesta. At multa tamen etiam perperam, id est, humane. Quidni igitur et ab illis, quos tamquam numina quaedam tutelaria Israclitis excitavit? Haec vero ut p[re]a me ferrem, impulsu summae sanctissimae religionis veneratio, cui ne desint, videant, qui illius magis famam, quam eorum, qui eam adiuverunt, laborare honoremque periclitari patiuntur.

Par vero est, de liberalitate in nosfris maxima beati OELHAFII cogitare ac quotquot Musis nostris difficillimo hoc tempore fayent, rogitate, dignentur frequentes adesse iuvenibus publice illam cras suo ingenio, suo inquam, celebraturis orationibus iisdemque *latinis*, et nominatim

G E. FRIED. RICHTERO, Sorbigensi Saxoni, de *divina virtutis vi* quae-  
dam exposituro.

I O. GEORGIO TAVSTIO, Hallensi, in *avaritiam* invecturo,

G E. FRIED. KRONBIGELIO, Brenna-Saxoni, *Thomam Morum suis ultimum vale dicentem* facturo.

Mihi denique ipsi de *optimo honoris genere studiis* *consecando omnibus*, *disputatura* votuque publica nuncupaturo. P. P. in Gymnasio Hallensi a. d. V. Jan. clo lo CCLXII,



KDB





DE  
**MORALITATE MOTVVM  
 HEROICORVM**  
**QVAEDAM PRAEFATVS**  
 AD  
**ACTVM ORATORIVM**  
 IN  
 GYMNASIO HALLENSI  
 EVANGELICO - LVTHERANO

A. D. V.

MER. II.

M. IO.

LLER

